

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 17: De laude superne felicitatis et premio eterno (8b)

Idem (Bernardus):

Patrem namque et filium cum sancto spiritu ipsum cognoscere,
vita eterna est, beatitudo perfecta, summa voluntas,
quod oculus non vidit, nec auris audivit,
nec in cor hominis ascendit, quanta claritas, quanta suavitas,
et quanta iocunditas maneat in illa visione,
quando facie ad faciem deum videbimus,
qui est lux illuminatorum, requies exercitatorum,
patria redeuntium, vita viventium,
corona certantium sive vincentium.

Patrem namque et filium cum sancto spiritu cognoscere:
vita est eterna. beatitudo perfecta, summa voluptas.
Oculus non vidit. nec auris audivit /
nec in cor hominis ascendit: quanta claritas / quanta suavitas /
et quanta iocunditas maneat nos in illa visione:
quando deum facie ad faciem videbimus:
qui est lux illuminatorum / requies exercitatorum /
patria redeuntium / vita viventium:
corona vincentium.

Guillelmus de Cortoriaco (Guillaume de Courtrai, OSB),
Liber florum beati bernardi abbatis clareuallensis, 5.47
(Paris, P. Pigouchet, 1499 [ISTC ib00390000], fol.45vb-46ra).

Patrem namque et Filium cum sancto Spiritu cognoscere,
vita est aeterna, beatitudo perfecta, summa voluptas.
Oculus non vidit, nec auris audivit,
nec in cor hominis ascendit, quanta claritas, quanta suavitas,
et quanta jucunditas maneat nos in illa visione,
quando Deum facie ad faciem videbimus;
qui est lux illuminatorum, requies exercitatorum,
patria redeuntium, vita viventium,
corona vincentium.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?), *Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis*, 1 (PL 184, col.487A).